

non est naturale Deo velle aliquid aliorum...., neque tamen innaturale aut contra naturam, sed est voluntarium. Ex his autem patet, quod quantumcumque infinite illa inclinatio crescat, nunquam sit libertati contraria.

*Inst. 1.* Deus necessario se ipsum amat amore perfectissimo: sed hic amor Deo vult omne bonum tum *intrinsicum* seu perfectiones ejus infinitas, tum *extrinsecum* seu perfectionum divinarum manifestationem, gloriam Nominis et cultum a creaturis; ut patet ab exemplo hominis seipsum amantis, et hinc bona tam extrinseca quam intrinseca sibi volentis; item hominis amantis Deum, et ex hoc amore eidem gloriam Nominisque cultum necessario deferentis.

*R. N. min.* Amor Dei erga seipsum foret perfectissimus, etiamsi non vellet sibi ulla bona extrinseca; cum Deus sibi sit sufficientissimum ac totale bonum et independens a creaturis. Hinc disparitas patet ad exemplum *primum*, ex eo quod homo bonis extrinsecis ad suam perfectionem egeat, aut iis saltem magis perficiatur: ad *secundum* vero, quia hæc bona debentur Deo a creatura ex supposito quod existat, adeo ut neque Deus huic juri suo et debito creaturæ cedere, nec omittere possit efficacem volitionem, ut sibi honor et gloria tribuatur: ab hac autem suppositione Deus, pro supremo dominio ac libertate, postponere potest extrinsecam gloriam et laudem, omitendo prorsus creaturæ productionem, et potius sibi complacere in summo dominio ac sufficientia, quacum sola non minus gloriosus ac felix permanet, quam eum creaturarum gloria et honore.

*Inst. 2.* Deus necessario vult suas virtutes et honestates intrinsecas, cujusmodi sunt summa liberalitas, misericordia, justitia etc.: sed omnes istæ Deo non convenirent, nisi creaturas produceret; ergo creaturas *necessario* vult producere: præsertim cum actus harum virtutum sint perfectiones simpliciter simplices; ac præterea actus secundus circa perfectissimam honestatem objectorum sit melior, quam actus primus solus, sive potentia sine actu secundo.

*R. D. M.* Deus necessario vult suas virtutes intrinsecas et honestates quoad vim et potentiam *C.* quoad exercitium et actus *subd.* sumendo exercitium et actum entitative et secundum id quod habet in Deo *C.* sumendo denominative et secundum id quod habet in termino *N.* In sensu *reali* tum vis tum actus cujuslibet divinæ virtutis est ipsa Dei substantia; adeoque etiam actus ultimus liberalitatis, misericordiæ etc. existit semper, et existeret, sive creaturæ sint, sive non sint nec essent; in sensu *formali*, ubi quacumque ratione distinguimus actum a virtutis substantia, actus quoad entitatem constituitur ex volitione Dei necessaria quoad denominationem per respectum ad terminos, ut infra dicitur.

*Ad 1<sup>um</sup> R.* Si sermo sit de actu denominative sumpto, *N. Ass.*; quia ejusmodi actus non est melior ipse, quam non ipse; atque hinc a quibusdam illi actus dicuntur perfectiones *contingentes*, non quidem tales quæ imperfectionem involvant, quatenus non solum possunt esse vel non esse, sed etiam Deo non semper insunt, vel desinunt inesse: sed imperfectionis expertes, quatenus sic possunt esse vel non esse, ut vel nunquam sint, vel si sunt, ab æterno et pro æterno insint; quamvis debeant dici perfectiones extensivæ tantum et secundum quid, utpote impossibiles cum alia æquali.

*Ad 2<sup>um</sup> R. D.* In creatis *C.* in divinis *N.* *Ass. et Supp.* Ratio negationis

1<sup>o</sup> est, quia assertum hoc locum duntaxat habet in potentia realiter ab actu distincta, limitate perfecta, indigente aut capaci augmenti perfectionis, quod ad divina non pertinet. Ratio 2<sup>o</sup> est, quia in Deo actus primus non est sine actu secundo, sive in sensu *reali*, ubi utrumque est identificatum, sive in *formali*, ubi alteruter actus secundus ab æterno habetur.

QUÆRES: In quonam consistat Libertas Dei?

177. *Nota.* Supponuntur hic duo: 1<sup>um</sup> est, actum Dei liberum constitui non posse per aliquid Deo extrinsecum: 2<sup>um</sup> neque eundem adæquate Deo esse intrinsecum, ita ut nequidem in obliquo et terminative aliquid extrinseci dicat. Cum enim hic idea Dei ejusque perfectiones, simplicitas nempe, necessitas ac immutabilitas in essendo illæ servandæ sint, prius illud stare non potest: quia vero præterea actuum liberorum contingentia et defectibilitas ex libertatis notione asserenda est, neque posterius simpliciter sustineri potest. In libertatis natura quatuor spectari possunt: *indifferentia*, quæ est potestas agendi nec ex se nec aliunde determinata; et in hac indifferentia libertatis essentia antecederet ad exercitium consistit: *determinatio*, quæ est exercitium libertatis, seu actio libera hujus indifferentiæ: *subjectum* libertatis, quod est illud, in quo residet indifferentia illa: *terminus* libertatis, sive illud, quod immediate a libertatis subjecto producitur.

178. *Resp.* Libertas Dei consistit in entitate volitionis divinæ pro nutu suo respicientis et connotantis objectum contingens: adeoque *subjectum* hujus libertatis est unicus, simplex, necessarius et immutabilis actus divinæ voluntatis; *terminus* est aliquid extra Deum; *exercitium* est activus respectus, habitudo vel relatio illius ad hunc.

*Prob.* Hic modus libertatem divinam explicandi habet omnes conditiones ad mysterium hoc secundum ideam Dei, naturam libertatis et compositionem oppositorum prædicatorum exponendi.

Nam 1<sup>o</sup>, cum idea Dei stet in ente a se, *hoc est*, necessario ac perfectissimo, et in quo proinde nulla est potentia, quæ non sit essentialiter reducta in actum, necesse est, ut quidquid realiter Deum afficit, sine ulla læsione summæ simplicitatis sit actus necessario existens et vera perfectio: hæc vero omnia reperiuntur in nostra explicatione: quia dum pro *subjecto* libertatis statuimus ipsam volitionem divinam, declaramus potentiam, nempe voluntatem esse reductam essentialiter ad actum; quia volitio hæc entitative est actus divinus necessarius et immutabilis, spectatur ratio entis necessarii; quia volitio tanquam actus est voluntatis tanquam potentiæ complementum, volitio hæc vera intelligitur esse perfectio: quia demum hæc volitio realiter est ipsa voluntas et entitas divina, retinetur summa simplicitas, neque fit compositio.

2<sup>o</sup>. Quæ quatuor in natura libertatis monuimus spectanda, hic præsto sunt. Nam quæ adhuc desiderari potest, *indifferentia* vel huc non pertinet, ubi de libertate in actu secundo seu actu libero loquimur; vel facile intelligi potest etiam de ipsa volitione, utpote quæ pro nutu suo ita respicit et connotat hoc vel illud objectum, ut possit non respicere, vel respicere aliud.

Præterea cum volitio divina necessario existat, intelligitur, quomodo *subjectum* libertatis ex se sit *necessarium*: quia tamen, licet Dei voluntas essentialiter redigatur ad actum volitionis, non adstringitur ad volendum hoc præ alio, et objectum etiam creatum de se potest poni vel non poni; patet quomodo *subjectum* libertatis, ratione sui *necessarium*, sit *indifferens* ratione termini; et terminus sit contingens ac mutabilis: quia denique exercitium libertatis divinæ nihil est nisi relatio activa indistincta a subjecto et termino, facile declaratur ejus necessitas respectu subjecti et ejusdem libertas ac contingentia respectu termini.

3°. Ex iisdem principiis componuntur prædicata, quæ in libertatis negotio difficultatem pariunt: quia enim libertatis constitutiva sunt communia cum omnibus respectivis, in recto tantum venit subjectum, in obliquo autem terminus: quia autem subjectum est volitio realiter cum Deo identificata; sequitur nihil extrinsecum Deo accedere *subjective et in recto*, et illas servari omnes ejus perfectiones, simplicitatem scilicet, necessitatem, æternitatem, immutabilitatem etc. Quia demum terminus libertatis non est ipsa Dei volitio, ut in creata libertate accidit, sed est objectum extra Deum positum, et hoc solum est contingens, mutabile et tam esse quam non esse potest, sequitur qua ratione hujus contingentia et mutatio nihil officiat necessitati ac immutabilitati subjecti, atque hinc hæc prædicata in libertate Dei componantur.

*Conf.* ex S. THOMA, qui L. 1. cont. Gent. c. 82. n. 4. inquit: *Voluntas Dei uno et eodem actu vult se et alia, sed habitudo ejus ad se est necessaria et naturalis; habitudo autem ejus ad alia est secundum convenientiam quamdam, non quidem necessaria et naturalis, neque violenta aut innaturalis, sed voluntaria.* Et p. 1. q. 19. a. 3. ad 5.: *Voluntas divina, quæ ex se necessitatem non habet, determinat seipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam; ibid. ad 6.: Sicut divinum esse in se est necessarium, ita et divinum velle et divinum scire: sed divinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non autem divinum velle ad volita.* Similia reperies Q. 23. de Ver. art. 1. ad 8. et art. 4. ad 2. 6. 7. et 13. alibi que, in p. 1. q. 20.

179. *Nec dicas* 1°. Qui liber est, debet posse carere aliquo intrinseco: sed in nostra sententia, ubi terminus libertatis est extrinsecus, id nequit admitti; ergo nec admitti potest hæc sententia. *Conf.* Qui liber est, debet posse carere hoc vel illo libertatis exercitio: sed hoc vel illud exercitium est quid intrinsecum, quia est vitalis actio et tendentia; ergo.

R. D. M. Qui liber est ea libertate, cujus subjectum est potentia, eaque immanenter operans, debet posse carere aliquo intrinseco C. qui liber est ea libertate, cujus subjectum vel est potentia agens tantum ad extra, vel actus ipse immanens N. Qui liber est, debet posse carere termino libertatis: cum ergo terminus libertatis divinæ non sit volitio divina, sed objectum extra positum et voluntati volitionique divinæ extrinsecum; dum eo carere potest, extrinseco tantum carere potest, sicut potentia immanenter non operativa et libera posset carere tantum extrinseco.

*Ad Conf.* R. D. m. Exercitium libertatis est quid intrinsecum, si consideretur ratione sui subjecti, fundamenti ac principii libertatis C. si consideretur ratione sui objecti, termini et effectus N. Exercitium libertatis, utpote mera

relatio, a subjecto et termino non distinguitur: et hinc respectu prioris et a priori participat rationem intrinseci, vitalis, necessari et perfecti; respectu posterioris autem et a posteriore rationem habet extrinseci, contingentis et imperfecti. Cæterum cum relationes prædicamentales soleant potius sequi conditionem termini, quam subjecti, ad earum imitationem exercitium libertatis divinæ potest simpliciter vocari quid extrinsecum, sicut dicitur liberum, contingens ac defectibile.

180. *Nec dicas* 2°. Si exercitium libertatis nihil reale inferret in actu libero, ergo Deus in illo priori rationis instanti, in quo concipitur intelligens creaturas, tantum haberet realitatis intrinsecæ, quantum habet in posteriore instanti, in quo concipitur eas velle: sed hoc imprimis est absurdum dicere: deinde sequeretur ex eo, quod Deus ex indifferente potuisset realiter fieri determinatus, et de facto possit velle aliquid de novo, quod ab æterno non voluerat, quin hoc ejus immutabilitatem læderet, cum mutatio secundum nostra principia teneret se tantum ex parte termini extrinseci, quod nemo admittit; ergo.

R. T. M. Quia, quamvis nullum hic sit discrimen ex parte entitatis, tamen est ex parte *modi*, cum cognitio aliter tendat in objectum, quam volitio. N. 1<sup>m</sup>. p. *min.* Absurdum hoc æstimatur, quia supponitur in libertatis divinæ exercitio nihil plane reale poni; quod falsum est, cum admittatur a nobis mutatio termini: vel quia æquiparatur libertas divina cum creata, quæ ex non volente fit volens, per volitionem distinctam in se physice receptam, quod hic locum habere nequit. 2<sup>m</sup>. p. D. Sequeretur, quod hæc possent fieri respective, et si præcise attendatur ad immutabilitatem C. absolute et quoad se, si spectentur etiam alia N. Ex nostra sententia sequitur, Deum physice non mutandum in propositis casibus, adeoque solam immutabilitatem Dei iisdem non obstare: quominus tamen hæc sequelæ argumenta obtineant, alia impediunt. Si enim Deus in aliquo instanti reali esset indeterminatus, daretur in eo *potentia* quædam sine actu; et si quid de novo vellet, quod antea noluerat, foret in eodem *inconstantia*, vel *ignorantia* aut *malignitas*: cum autem nihil istorum Deo tribui possit, et illos casus impossibiles asserere necesse est, quantumvis ab immutabilitate Dei non excludantur.

181. *Nec dicas* 3°. Si libertas Dei formaliter consisteret in connotatione volitionis Dei activæ ad objectum contingens, ergo sequeretur: 1°. Quod ideo Deus libere vult producere mundum, quia producit; et ideo producit mundum, quia vult; qui est circulus plane vitiosus. 2°. Quod non haberet denominationem Creatoris et Salvatoris. 3°. Quod tota libertas Dei videatur esse ad producendum vel non producendum, non autem ad volendum vel non volendum. 4°. Denique, quod nullum sit discrimen inter nostram et AUREOLI sententiam ab omnibus repudiatam.

R. Ad 1. D. *Seq.* Ideo Deus libere vult producere mundum, quia producit; et ideo producit, quia vult; intelligendo per *primum* quod volitio sit principium immediate liberum agendi ad extra, et per *secundum* quod actio Dei sit cum plenissima potestate non agendi ad extra, atque sic ut ex utroque ostendatur nihil reale supperaddi subjecto et termino libertatis per exerci-

tium liberum; sicut in similibus propositionibus de nostra voluntate, quibus dicitur voluntas se determinare ad volendum, quia vult, et velle, quia placet ipsi, vel illa se determinat ad volendum, excluditur intermedium reale, et exprimitur dominium quoddam et modus potestativus *C.* ita ut per illa intelligatur, vel quod volitio Dei non sit activa, vel quod actio sit necessaria et non libera, vel quod liberum exercitium debeat aliquid reale superaddere subjecto et termino. *N.* Hinc vero patet, nullum hic esse circulum vitiosum, sicut nec in illis propositionibus quispiam eum asserit: Existit actio causæ efficientis, quia causa efficiens operatur; et causa efficiens operatur, quia existit ejus actio.

*Ad 2. N. Seq.* Quia quamvis pariformiter, ratione recti, denominatio Creatoris ac Salvatoris possit dici esse ab æterno, et ratione termini denominatio volentis esse in tempore; simpliciter tamen loquendo hujusmodi denominationes usurpantur diversimode, cujus usus hanc regulam statuit S. THOMAS p. 4. q. 13. a. 7. ad 3. *Dicendum quod operatio intellectus et voluntatis est in operante, ideo nomina, quæ significant relationes consequentes actionem intellectus et voluntatis, dicuntur de Deo ab æterno: quæ vero consequuntur actiones procedentes, secundum modum intelligendi, ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tempore, ut SALVATOR, CREATOR et hujusmodi.* Secundum hanc itaque regulam denominatio libere volentis simpliciter tribuitur Deo ab æterno; cujus hæc etiam ratio quasi a priori assignari potest, quod Deus ut libere volens non reduplicet in recto objectum aut ejus existentiam vel actualem positionem, quæ in tempore contingit, sed volitionem Dei, quæ ab æterno est, et sic aliquid æternum: cum e contra Deus ut salvans vel creans, quia in recto reduplicat salutem vel positionem in tempore existentem, quæ vel supponit vel formaliter dicit objectum, in recto nihil æternum sed temporaneum reduplicet.

*Ad 3. N. Seq.* Licet enim libertas ad producendum in tempore, formaliter sit libertas ad volendum efficaciter ab æterno, cum ipsa productio oriatur ut a principio immediato a divina voluntate, quæ ex se est summa actualitas in actu secundo per modum volitionis; tamen inter efficaciter velle ab æterno et producere in tempore id discriminis statui potest, quod in primo objectum sit physice futurum, attingatur ut sit, et productio ipsa se teneat ex parte obliqui: in secundo autem objectum exercite est actu existens, attingitur respectu quo fit, et actualis productio ingreditur ut forma ad denominationem producentis.

*Ad 4. N. Seq.* Quia ex dictis constat, Deum juxta nos vere et proprie actum interiorem voluntatis habere non minus, quam habet actum interiorem cognitionis; cum tamen id neget AUREOLUS, et solum concedat metaphorice actum voluntatis in Deo, in quantum scilicet ita affligit, punit, benefacit eo modo, quo puniret is qui odio habet, aut benefaceret qui amat.

182. *Nec dicas. 4<sup>a</sup>.* Pro priori ad omnem actionem ad extra debet intelligi Deus determinatus ad agendum; cum intelligibile non sit, aliquam causam se determinare ad agendum immediate ac formaliter per actionem externam; ergo pro priori ad omnem actionem Deus intelligitur efficaciter volens mundum adeoque decretum Dei liberum. *Conf.* Exercitium libertatis nunquam fit sine aliqua mutatione vel positiva vel negativa; quæ cum

juxta nos non teneat se ex parte subjecti, saltem debet esse ex parte termini: sed Deus in multis exercet suam libertatem, ubi nulla plane fit mutatio termini; uti exempla patent in actibus Dei conditionatis et inefficacibus, in electione hujus potius quam illius finis aut medii, ac in actu positivo quo Deus vult aliquam negationem, vel in libera omissione; ergo.

*R. N. A.* Quod dicitur non intelligibile, superius ostensum est possibile, et est admittendum ab omnibus, qui *Cajetani* sententiam, velle Dei liberum in aliquo contingente intrinseco stuentis, rejiciunt. Præterea magnæ perfectionis in agente est, atque hinc Deo non negandum, quod possit se determinare ad aliquid agendum ad extra, quin se determinet ad intra: agens enim quod nequit extra se aliquid producere, quin seipsum intrinsece determinet, hoc ipso est imperfectum et potentiale, utpote quod prius debet seipsum actuare et perficere, quam actualitatem et perfectionem aliis communicet.

*Ad Conf. R. D. M.* Nunquam fit sine aliqua in termino mutatione vel physica vel morali *C.* necessario physica *N.* Sequitur autem ad libertatis divinæ exercitium mutatio saltem *moralis* objecti; cum enim Deus ineffaciter vult salutem omnium, aut videt Antichristum salutem consecuturum, si taliter vocetur, illa salus a statu pure possibili transit ad statum futuri sub conditione: similiter quod a Deo assumitur ut medium vel finis, post illam ordinationem vel actus divini connotationem ad illud, moraliter jam alio modo se habet, quam ante illam vel sine illa, propterea quod jam illud ad aliud conducat, aut alia ad illud referantur. Item quoties Deus vult aliquam negationem actu, circa eam fit mutatio *moralis*, quatenus forma ei opposita incipit esse impossibilis; pura etiam ommissio idem præstare posset, siquidem illa locum haberet in Deo, nec repugnaret summæ perfectioni divinæ providentiæ, quæ ab æterno omnia habet digesta et ordinata, sicque circa res non futuras negative se non habet. Cum enim ex omissione mera possint in humanis varia jura tolli, atque hinc mutatio moralis fieri, idem fieret in præsentis casu: unde patet falsum illud esse quorundam assertum, quod omnis mutatio moralis fundetur in aliquo novo physico.

## CAPUT II.

### DE PROVIDENTIA DEI GENERATIM.

#### ARTICULUS I.

##### AN DETUR IN DEO PROVIDENTIA NATURALIS?

183. *Nota.* Providentiæ est ratio ordinis rerum in finem per media vel naturalia vel supernaturalia, prout est finis; et dicitur Providentiæ vel naturalis vel supernaturalis: item generalis vel specialis. Præter *atheos*, qui cum Deum negarent, omnem quoque inficiabantur rerum naturalium providentiam; hoc attributo Deum spoliare conati sunt tum *gentiles* nonnulli

Præterea cum volitio divina necessario existat, intelligitur, quomodo *subjectum* libertatis ex se sit *necessarium*: quia tamen, licet Dei voluntas essentialiter redigatur ad actum volitionis, non adstringitur ad volendum hoc præ alio, et objectum etiam creatum de se potest poni vel non poni; patet quomodo *subjectum* libertatis, ratione sui *necessarium*, sit *indifferens* ratione termini; et terminus sit contingens ac mutabilis: quia denique exercitium libertatis divinæ nihil est nisi relatio activa indistincta a subjecto et termino, facile declaratur ejus necessitas respectu subjecti et ejusdem libertas ac contingentia respectu termini.

3°. Ex iisdem principiis componuntur prædicata, quæ in libertatis negotio difficultatem pariunt: quia enim libertatis constitutiva sunt communia cum omnibus respectivis, in recto tantum venit subjectum, in obliquo autem terminus: quia autem subjectum est volitio realiter cum Deo identificata; sequitur nihil extrinsecum Deo accedere *subjective et in recto*, et illas servari omnes ejus perfectiones, simplicitatem scilicet, necessitatem, æternitatem, immutabilitatem etc. Quia demum terminus libertatis non est ipsa Dei volitio, ut in creata libertate accidit, sed est objectum extra Deum positum, et hoc solum est contingens, mutabile et tam esse quam non esse potest, sequitur qua ratione hujus contingentia et mutatio nihil officiat necessitati ac immutabilitati subjecti, atque hinc hæc prædicata in libertate Dei componantur.

*Conf.* ex S. THOMA, qui L. 1 cont. Gent. c. 82. n. 4. inquit: *Voluntas Dei uno et eodem actu vult se et alia, sed habitudo ejus ad se est necessaria et naturalis; habitudo autem ejus ad alia est secundum convenientiam quamdam, non quidem necessaria et naturalis, neque violenta aut innaturalis, sed voluntaria.* Et p. 1. q. 19. a. 3. ad 5.: *Voluntas divina, quæ ex se necessitatem non habet, determinat seipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam; ibid. ad 6.: Sicut divinum esse in se est necessarium, ita et divinum velle et divinum scire: sed divinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non autem divinum velle ad volita.* Similia reperies Q. 23. de Ver. art. 1. ad 8. et art. 4. ad 2. 6. 7. et 13. alibi, in p. 1. q. 20.

179. *Nec dicas* 1°. Qui liber est, debet posse carere aliquo intrinseco: sed in nostra sententia, ubi terminus libertatis est extrinsecus, id nequit admitti; ergo nec admitti potest hæc sententia. *Conf.* Qui liber est, debet posse carere hoc vel illo libertatis exercitio: sed hoc vel illud exercitium est quid intrinsecum, quia est vitalis actio et tendentia; ergo.

R. D. M. Qui liber est ea libertate, cujus subjectum est potentia, eaque immanenter operans, debet posse carere aliquo intrinseco C. qui liber est ea libertate, cujus subjectum vel est potentia agens tantum ad extra, vel actus ipse immanens N. Qui liber est, debet posse carere termino libertatis: cum ergo terminus libertatis divinæ non sit volitio divina, sed objectum extra positum et voluntati volitionique divinæ extrinsecum; dum eo carere potest, extrinseco tantum carere potest, sicut potentia immanenter non operativa et libera posset carere tantum extrinseco.

*Ad Conf.* R. D. m. Exercitium libertatis est quid intrinsecum, si consideretur ratione sui subjecti, fundamenti ac principii libertatis C. si consideretur ratione sui objecti, termini et effectus N. Exercitium libertatis, utpote mera

relatio, a subjecto et termino non distinguitur: et hinc respectu prioris et a priori participat rationem intrinseci, vitalis, necessari et perfecti; respectu posterioris autem et a posteriore rationem habet extrinseci, contingentis et imperfecti. Cæterum cum relationes prædicamentales soleant potius sequi conditionem termini, quam subjecti, ad earum imitationem exercitium libertatis divinæ potest simpliciter vocari quid extrinsecum, sicut dicitur liberum, contingens ac defectibile.

180. *Nec dicas* 2°. Si exercitium libertatis nihil reale inferret in actu libero, ergo Deus in illo priori rationis instanti, in quo concipitur intelligens creaturas, tantum haberet realitatis intrinsecæ, quantum habet in posteriore instanti, in quo concipitur eas velle: sed hoc imprimis est absurdum dicere: deinde sequeretur ex eo, quod Deus ex indifferente potuisset realiter fieri determinatus, et de facto possit velle aliquid de novo, quod ab æterno non voluerat, quin hoc ejus immutabilitatem læderet, cum mutatio secundum nostra principia teneret se tantum ex parte termini extrinseci, quod nemo admittit; ergo.

R. T. M. Quia, quamvis nullum hic sit discrimen ex parte entitatis, tamen est ex parte *modi*, cum cognitio aliter tendat in objectum, quam volitio. N. 1<sup>m</sup>. p. *min.* Absurdum hoc æstimatur, quia supponitur in libertatis divinæ exercitio nihil plane reale poni; quod falsum est, cum admittatur a nobis mutatio termini: vel quia æquiparatur libertas divina cum creata, quæ ex non volente fit volens, per volitionem distinctam in se physice receptam, quod hic locum habere nequit. 2<sup>m</sup>. p. D. Sequeretur, quod hæc possent fieri respective, et si præcise attendatur ad immutabilitatem C. absolute et quoad se, si spectentur etiam alia N. Ex nostra sententia sequitur, Deum physice non mutandum in propositis casibus, adeoque solam immutabilitatem Dei iisdem non obstare: quominus tamen hæc sequelæ argumenta obtineant, alia impediunt. Si enim Deus in aliquo instanti reali esset indeterminatus, daretur in eo *potentia* quædam sine actu; et si quid de novo vellet, quod antea noluerat, foret in eodem *inconstantia*, vel *ignorantia* aut *malignitas*: cum autem nihil istorum Deo tribui possit, et illos casus impossibiles asserere necesse est, quantumvis ab immutabilitate Dei non excludantur.

181. *Nec dicas* 3°. Si libertas Dei formaliter consisteret in connotatione volitionis Dei activæ ad objectum contingens, ergo sequeretur: 1°. Quod ideo Deus libere vult producere mundum, quia producit; et ideo producit mundum, quia vult; qui est circulus plane vitiosus. 2°. Quod non haberet denominationem Creatoris et Salvatoris. 3°. Quod tota libertas Dei videatur esse ad producendum vel non producendum, non autem ad volendum vel non volendum. 4°. Denique, quod nullum sit discrimen inter nostram et AUREOLI sententiam ab omnibus repudiatam.

R. Ad 1. D. *Seq.* Ideo Deus libere vult producere mundum, quia producit; et ideo producit, quia vult; intelligendo per *primum* quod volitio sit principium immediate liberum agendi ad extra, et per *secundum* quod actio Dei sit cum plenissima potestate non agendi ad extra, atque sic ut ex utroque ostendatur nihil reale supperaddi subjecto et termino libertatis per exerci-

tium liberum; sicut in similibus propositionibus de nostra voluntate, quibus dicitur voluntas se determinare ad volendum, quia vult, et velle, quia placet ipsi, vel illa se determinat ad volendum, excluditur intermedium reale, et exprimitur dominium quoddam et modus potestativus *C.* ita ut per illa intelligatur, vel quod volitio Dei non sit activa, vel quod actio sit necessaria et non libera, vel quod liberum exercitium debeat aliquid reale superaddere subjecto et termino. *N.* Hinc vero patet, nullum hic esse circulum vitiosum, sicut nec in illis propositionibus quispiam eum asserit: Existit actio causæ efficientis, quia causa efficiens operatur; et causa efficiens operatur, quia existit ejus actio.

*Ad 2. N. Seq.* Quia quamvis pariformiter, ratione recti, denominatio Creatoris ac Salvatoris possit dici esse ab æterno, et ratione termini denominatio volentis esse in tempore; simpliciter tamen loquendo hujusmodi denominationes usurpantur diversimode, cujus usus hanc regulam statuit S. THOMAS p. 4. q. 13. a. 7. ad 3. *Dicendum quod operatio intellectus et voluntatis est in operante, ideo nomina, quæ significant relationes consequentes actionem intellectus et voluntatis, dicuntur de Deo ab æterno: quæ vero consequuntur actiones procedentes, secundum modum intelligendi, ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tempore, ut SALVATOR, CREATOR et hujusmodi.* Secundum hanc itaque regulam denominatio libere volentis simpliciter tribuitur Deo ab æterno; cujus hæc etiam ratio quasi a priori assignari potest, quod Deus ut libere volens non reduplicet in recto objectum aut ejus existentiam vel actualem positionem, quæ in tempore contingit, sed volitionem Dei, quæ ab æterno est, et sic aliquid æternum: cum e contra Deus ut salvans vel creans, quia in recto reduplicat salutem vel positionem in tempore existentem, quæ vel supponit vel formaliter dicit objectum, in recto nihil æternum sed temporaneum reduplicet.

*Ad 3. N. Seq.* Licet enim libertas ad producendum in tempore, formaliter sit libertas ad volendum efficaciter ab æterno, cum ipsa productio oriatur ut a principio immediato a divina voluntate, quæ ex se est summa actualitas in actu secundo per modum volitionis; tamen inter efficaciter velle ab æterno et producere in tempore id discriminis statui potest, quod in primo objectum sit physice futurum, attingatur ut sit, et productio ipsa se teneat ex parte obliqui: in secundo autem objectum exercite est actu existens, attingitur respectu quo fit, et actualis productio ingreditur ut forma ad denominationem producentis.

*Ad 4. N. Seq.* Quia ex dictis constat, Deum juxta nos vere et proprie actum interiorem voluntatis habere non minus, quam habet actum interiorem cognitionis; cum tamen id neget AUREOLUS, et solum concedat metaphorice actum voluntatis in Deo, in quantum scilicet ita affligit, punit, benefacit eo modo, quo puniret is qui odio habet, aut benefaceret qui amat.

182. *Nec dicas. 4<sup>a</sup>.* Pro priori ad omnem actionem ad extra debet intelligi Deus determinatus ad agendum; cum intelligibile non sit, aliquam causam se determinare ad agendum immediate ac formaliter per actionem externam; ergo pro priori ad omnem actionem Deus intelligitur efficaciter volens mundum adeoque decretum Dei liberum. *Conf.* Exercitium libertatis nunquam fit sine aliqua mutatione vel positiva vel negativa; quæ cum

juxta nos non teneat se ex parte subjecti, saltem debet esse ex parte termini: sed Deus in multis exercet suam libertatem, ubi nulla plane fit mutatio termini; uti exempla patent in actibus Dei conditionatis et inefficacibus, in electione hujus potius quam illius finis aut medii, ac in actu positivo quo Deus vult aliquam negationem, vel in libera omissione; ergo.

*R. N. A.* Quod dicitur non intelligibile, superius ostensum est possibile, et est admittendum ab omnibus, qui *Cajetani* sententiam, velle Dei liberum in aliquo contingente intrinseco stuentis, rejiciunt. Præterea magnæ perfectionis in agente est, atque hinc Deo non negandum, quod possit se determinare ad aliquid agendum ad extra, quin se determinet ad intra: agens enim quod nequit extra se aliquid producere, quin seipsum intrinsece determinet, hoc ipso est imperfectum et potentiale, utpote quod prius debet seipsum actuare et perficere, quam actualitatem et perfectionem aliis communicet.

*Ad Conf. R. D. M.* Nunquam fit sine aliqua in termino mutatione vel physica vel morali *C.* necessario physica *N.* Sequitur autem ad libertatis divinæ exercitium mutatio saltem *moralis* objecti; cum enim Deus ineffaciter vult salutem omnium, aut videt Antichristum salutem consecuturum, si taliter vocetur, illa salus a statu pure possibili transit ad statum futuri sub conditione: similiter quod a Deo assumitur ut medium vel finis, post illam ordinationem vel actus divini connotationem ad illud, moraliter jam alio modo se habet, quam ante illam vel sine illa, propterea quod jam illud ad aliud conducat, aut alia ad illud referantur. Item quoties Deus vult aliquam negationem actu, circa eam fit mutatio *moralis*, quatenus forma ei opposita incipit esse impossibilis; pura etiam ommissio idem præstare posset, siquidem illa locum haberet in Deo, nec repugnaret summæ perfectioni divinæ providentiæ, quæ ab æterno omnia habet digesta et ordinata, sicque circa res non futuras negative se non habet. Cum enim ex omissione mera possint in humanis varia jura tolli, atque hinc mutatio moralis fieri, idem fieret in præsentis casu: unde patet falsum illud esse quorundam assertum, quod omnis mutatio moralis fundetur in aliquo novo physico.

## CAPUT II.

### DE PROVIDENTIA DEI GENERATIM.

#### ARTICULUS I.

##### AN DETUR IN DEO PROVIDENTIA NATURALIS?

183. *Nota.* Providentiæ est ratio ordinis rerum in finem per media vel naturalia vel supernaturalia, prout est finis; et dicitur Providentiæ vel naturalis vel supernaturalis: item generalis vel specialis. Præter *atheos*, qui cum Deum negarent, omnem quoque inficiabantur rerum naturalium providentiam; hoc attributo Deum spoliare conati sunt tum *gentiles* nonnulli